

+ QK91  
.A58  
1827

Linné

Symbolae ad historiam litterariam  
Sveciae

**FRAGILE**  
**Do Not Circulate**  
**Do Not Photocopy**







# SYMBOLÆ

AD

## HISTORIAM LITTERARIAM SVECIÆ.

### SECTIONIS I. PARS I.

CONTINENS

## ANECDOTON LINNÆANUM.

QUAM

VENIA AMPL. FAC. PHIL. UPSAL.

PRÆSIDE

MAG. ERICO GUST. GEIJER

Historiar. Prof. Reg. et Ord. Regg. Ordd. Historiographo,  
Academieæ Svecanaæ Octodecemviro, Reg. Acad. Litt. Hum.  
Hist. et Antiqu. Holm. Reg. Societ. Scient. Upsal. Reg. Societ.  
Scient. Nidaros. Reg. Societ. Scient. ac Litt. Hum. Gothob.  
nec non Reg. Societ. Scient. Hafn. et Archæol.  
Scand. Hafn. Membro.

PRO GRADU PHILOSOPHICO

EDIDIT

JOHANNES ARVIDUS AFZELIUS

Stip. Holmgren. Vestrogothus.

LIBRARY  
NEW YORK  
BOTANICAL  
GARDEN

IN AUDIT. GUST. DIE V. JUNII MDCCXXVII.

H. A. M. S.

---

UPSALIÆ

EXCUDEBANT REGIE ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

ADAMO AFZELIUS

JOHANNI AFZELIUS

PETRO VON AFZELIUS

PATRI PATRUISQUE

JOHANNES ARVID. AFZELIUS.

LIBRARY  
NEW YORK  
BOTANICAL  
GARDEN

Linnæus, in Autobiographia \*) narrat, se, postquam ex Actis Lipsiensibus Opusculum *Vaillantii de Sexu Plantarum* sibi innotuerat, diligentius contemplari coepisse flores, quid *Stamina*, quid *Pistilla* haberent, exploraturum: re curiose et diu spectata, præcipuas has esse in flore partes tandem intellexisse: hinc spem novam in Botanicis Methodum inveniendi primum juvenili affulisse animo. Sub finem ejusdem anni (1729) Georgius Wallin, tum Bibliothecarius Upsal., Dissertationem Philologico-Criticam de *Nuptiis Arborum* edidit, quæ, cum partum ad rem facere Linnæo videretur, neque otium contra illam publice argumentandi suppeteret, quid de *Sexu Plantarum* vere sentiendum sit, "more Botanico," ut ait, paucis consignavit pagellis, easque cum SS. Theol. Doct. Ol. Celsio, quem primum in Academia sautorem veneratus est, communicavit. Deinde Ol. Rudbeckio, filio, Medicinæ et Botanices tum Professore Upsal., in manum venerunt, cui ita specimen hoc juvenile ingenii Linnæani placuit, ut, vacatione sibi ob ætatem concessa, anno insequenti (1730), Linnæum vicarium suum creandum curaret, rassisimoque exemplo Lectiones Botanicae in Academia vix trium annorum Civi Academico demandarentur. Opusculum hoc primum Linnæi *de Sexti Plantarum* postea delituit. Inter opera ejus edita non comparet, et Ipsi minoris forsitan momenti visum est, postquam Methodus hæc Sexualis uberiorum ei materiam operum immortalium præbuit. Ut cunque hoc sit, prima etiam tanti ingenii mo-

\*) Edita Upsaliæ, 1825. 4:o. p. 15.

limina posteritati debentur. Feliciter igitur evenit, ut in taberna mercatoria hujus urbis exemplum manuscriptum (ex parte laceratum) Prælectionum Anatomicarum a. 1731 Upsaliæ habitarum reperiretur \*), cui ad finem adnexa eademque manu consignata est *Exercitatio Botanico-Physica De Nuptiis et Sexu Plantarum &c. Authore Carolo Linnæo Medicin. et Botan. Studioso.* Autographon Linnæi non nobis quidem esse videtur, sed ex autographo descripta hæc tractatio manu satis antiqua, Linnæi haud absimili. Titulo Syllaboque exceptis, cetera svetice 22 paginis concepta sunt. Quin vero hoc ipsum opusculum sit, de quo jam locuti sumus; nulli dubitamus, quum id tempus, titulus, contextus simul probent. Nos vero juvenile hoc Linnaei opus eo lubentius publici juris facere suscepimus, quo certius, re diligenter examinata, constat, id hucusque ineditum esse, et ea insuper de caussa notatu dignum, quod et tempore primum omnium est (scriptum scil. ætatis 23 anno) et prima continet, quæ de Systemate Sexuali est commentatus.

Textui Svecano latine versionem nostram adjunximus, ut a studiosis Linnaei peregrinis quoque intelligatur. Nō um est Linnaei dicendi genus, prisca simplicitate et nativo quodam vigore insigne. In hoc certe opere efflorescit nonnunquam et abundat oratio, et rem adgreditur sacro quodam ardore magnus naturæ interpres. Nos in vertendo fidem maxime consecuti sumus: quo vero successu, tuum erit L. B. judicium.

---

\*) Ab experientiss. Dom. J. Lidén, Med. Licentiato, qui id nobis benigne impertivit.

EXERCITATIO  
BOTANICO-PHYSICA  
DE  
NUPTIIS ET SEXU  
PLANTARUM

IN QUA RECENTIORUM BOTANICORUM PLACITA  
ET OBSERVATIONES RECENSENTUR

AUTHORE  
CAROLO LINNAEO  
Medicin. et Botan. Studios.



## Syllabus.

- §. 1. Introductio.  
2. Veterum divisio sexus in plantis.  
3. Vita vegetabilis probatur.  
4. Requisita utriusque sexus.  
5. Vailant huic sese, præ aliis studio addixit.  
6. Quod in flore quærenda sit sexus distinctio.  
7. Ex collatione florum sexus apparet.  
8. Partes floris quæ?  
9. Calyx ad Generationem nihil confert.  
10. Neque petala.  
11. Sed stamina et pistillum.  
12. Flores cum fructu juncti.  
13. Flores a fructu separati in eadem planta.  
14. Flores a fructu separati in diversa planta.  
15. Explicatio partium floris exinde dependens distinctio sexus secundum Vailantium.  
16. Nuptiæ plantar. quid?  
17. Analogia hermaphroditar. in regno animali et vegetabili.  
18. Morilandii sententia de foecundatione rejicitur.  
19. Modus foecundationis ignotus, sed quod fiat probatur.  
20.  $\alpha$ . a curvatura styli in quibusdam.  
21.  $\beta$ . a detrimentis quæ pluviae adferunt.

22. γ. a staminum positura ad pistillum.
  23. δ. a foecundatione ante progerminationem foliorum.
  24. ε. a marsescentia staminum post foecundationem.
  25. ζ. a natura Palmæ et Moschatæ.
  26. η. a castratione florum.
  27. de ovis plantarum.
  28. de cotyledonibus.
  29. Clausula.
-

§. x.

*Om vårtiden, då den liufwa Solen kommer närmare till vårt norden, upväcker hon det lif uti alla kroppar, som om den kalla wintren ligget qwaft; sij då blifwa alla Creatur friskare och hertigare, som om wintren gått tunge och kulne; sij då begynna alla foglar siunga och qwittra, som om wintren warit tyste; sij då komma alla Insecta fram utur sina gömslor, uti hwilka de om wintren woro förvisnade; ja sielfwa memiskan får då liksom ett nytt lif, ty sade Plinius ej owijsligen: Sole nihil utilius.*

*Denna Solen giör en sådan fröjd uti allas lif, att det är osäjeligt. Då synes huru Orren och Tiådren spela; fiskarne leka, ja alla diur gå i brunst.*

*Omnia vere vigent, et veris tempore florent,  
et totus fervet veneris dulcedine mundus.*

*Ja kiärleken angriper sielfwa örterna, då ibland dem både Mares och Foeminæ, ja sielfwa Hermaphroditerne hålla sina nuptias. Hvilket år det iag nu satt mig före omtala, och wijsa af sielfwa örternas genitalia, hvilka åro Mares, hvilka Foeminæ, och hvilka Hermaphroditer.*

## §. II.

The gamla Botanici tycktes, famlandes i sitt tiocka mörcker, leta efter Sexus ibland plantorne; the begynte distingvera them uti mares och foeminas, men det ofta så olyckligen, att man kan fasa derwid, kunnandes ej annorledes skie, då de togo sina distinctioner a crassitie et gracilitate caulis etc. och altså sammanfogade det, som borde skilljas; men åtskillde det, som naturen hafwer sammanfogat. Den som har lust se deras satser, han slå upp en disputation (som här för en kort tid sedan blef hållen) de Nuptiis Arborum, hvilken är ett compendium af alt det de gambla hårom sagt.

## §. III.

The nyare Botanici sågo så många analogier till sitt lif uti plantorne, huru de hade sina wissa siukdommar, icke annorledes än wij, såsom Cancrum, Perniones, Lumbricos, Acaros, Tabem, Pestem etc. I Tyskland gick för en tid sedan en påst på tråden, som gjorde större skada på skogarne, än någonsin yxan hafwer gjordt. The observerade huru plantorne af öfwerflödigtnutri-ment luxurierade och af för litet trånade. Huru de af Solenes warma, som är all tings lif, slå uth the gröna bladen och brokota blommorna, prålan- des ej mindre än som skiepparna, hvilka uptakla hela skieppen öfwer med herliga flaggar på sina frögdedagar. När den kalla wintren kommer, som alttings lif förtynker, lägga tråden af sina liufliga och med all prakt utsirade skrudar, stå-

§. I.

**V**erno tempore, cum Sol almus ad terras boreales reddit, iterumque in vitam corpora, hiberno frigore suppressa, revocat; ecce! tum animalia omnia, sub hieme gravia et torpentia, laetiora et alacriora fiunt; ecce! tum aves omnes, quotquot hieme siluere, iterum cantare et garrisire incipiunt; ecce! tum insecta omnia ex latibris prorumpunt, in quibus sopita jacuere; quin ipse homo quasi novus reviviscit; haud inepte enim Plinius: Sole nihil utilius.

**I**dem ille Sol gaudio omnium exhilarat vitam supra quam dici potest. Tum Tetricem et Urogallum, licet videre ludentes; pisces lasciviunt, atque animalia omnia in venerem ruunt.

*Omnia vere vigent, et veris tempore florent,  
Et totus fervet veneris dulcedine mundus.*

Quid? quod amore ipsæ tum plantæ afficiuntur, cum inter illas, et mares et foeminae, quin et hermaphroditi ipsi nuptias celebrant. Hoc ipsum mihi jam in animo est enarrare, et ex ipsis plantarum genitalibus indica-re, qui mares, quæ foeminae, qui hermaphroditi sint.

## §. II.

Veteres Botanici, in densis tenebris errantes, in sexu aliquo plantarum investigando laborare videbantur: mares et foeminas distinguere coeperunt, s<sup>æ</sup>pius vero tam infelici evenitu, ut cum horrore demireris; aliter autem fieri non potuit, distinctionibus a crassitie et gracilitate caulis petitis: sic, quæ separanda erant, conjunxerunt, quæ autem natura junxit, separarunt. Quorum sententias qui cognoscere studet, dissertationem (modo hic ventilatam) de Nuptiis arborum evolvat, in qua eorum omnium compendium est, quæ veteres de hac re dixerunt.

## §. III.

Recentiores Botanici permagnam analogiam inter vitam humanam et plantas videre sibi visi sunt; illas scilicet suis quibusdam morbis, perinde ac nos affici, ut Cancro, Pernionibus, Lumbricis, Acaris, Tabe, Peste &c. (In Germania non longo abhinc tempore pestis quædam arbores infestavit, quæ plus detrimenti silvis attulit, quam unquam securis). Ab iis observatum est, plantas abundantia nutrimenti luxuriari, defectu marcescere; calore solis, unde omnium vita est, exspergefactas viridia explicare folia variosque flores; atque superbire haud minus, quam nautæ, qui, festis diebus, totas naves magnificis superinstructuunt vexillis: at ingruente frigida, vitæ omnis invida, hieme, arbores, sopore graves, pulchras omnique or-

dandes i dvala, såsom alla insecta, till then varma våren them åter uppväcker. Man såg ock huru alla plantor hade sin storlek och ålder, huri the i ungdomen åro steriles, i medåldären fruchtsammast; men i ålderdomen tråna bort. Malpigi och Grew genom anatomien wiste huru plantorna hade sina vasa, som förde succum nutricium, samt fibrer och otaliga många andra delar, som hafwa analogie till diurens kroppar: åhrligen syntes huru de förökte sig genom egen frucht, hwilket alt stämmer öfverens med creaturens art. Af thessa [och] otaliga flere skial kunde de lätteligen sluta, det vita vegetabilis war nästan så riktigt, som animalis; och fast de icke hafwa någon kiänslan, kan dertöre ingen [neka att de åga] lif. Ho will neka en apoplectico lif, fast han mist alla sensus?

#### §. iv.

När de så wida hint förstodo the mycket wähl, at leta efter des organa generationis, förrän de distingverade them uti mares eller foeminas. Och, såsom the hade frucht, fölgde nödvändigt, emedan natura är simplicissima et semper sibimet constans, at ock organa maris borde vara, som samma frucht skulle vivificera. Ty af regno animali wetom wi, at till all foster fordras mares, som emittera genituram, hwilken impregnerar ova, förrän de kunna uplösas, til et fullkomligt foster.

#### §. v.

Thenna sak framför andra tog den förträfflige Vaillant sig före at utharbeta och hade här-

på tånkta stödja hela sin Botaniska Method, der det svåra ödet honom icke alt förbittida ryckt hådan, som skiedde 10 Maj 1722. Doch hafwer han häröfwer något litet tillförene kunnat [utgifa], såsom sitt Sermo de structura et differentia florū, ususque partium, eos constituantium, Lugd. Batav. 1718. 4:to på fransyska, hwilket jag ånnu ej sedt.

### §. vi.

Will man nu weta, om plantorna åro mares eller foeminæ, måste man, som sagt är, beskåda des organa generationis. Alla wetom wi, at efter blommor kommer frucht och at fruchten är det rätta fostret; ingen frucht blifwer uthan blomma warit föruth, intet foster uti regno animali sine prævio congressu; är nu blomman et så ofelbart necessarium antecedens till fruchten, som organa genitalia maris et foeminæ till fostret, följer nödwändigt, at uti blomman måste nödwändigt finnas sjelfva organa generationis, som der supplera vicem maris et foeminæ.

### §. vii.

Når nu är klärt, at i blomman är plantans genitalia och man jämförer alla blommor, finner man, at på en fast grundad sanning stödier sig, at thè, som hafwa pistillum cum rudimento fructus, åro foeminæ, men deremot de, som åga stamina cum apicibus, åro mares och de, som hafwa båggedelar, åro hermaphroditer, som iag af följande shall bewisa.

natu decoras vestes deponere, quemadmodum et insecta omnia sopita jacent, usquedum iterum veris calore excitentur. Observatum quoque est, suam cuique plantæ esse magnitudinem atque ætatem, omnesque juventute steriles, media ætate fructuosissimas, senectute tabescere. Malpigijs et Grewius anatomia ope ostenderunt, plantis vasa, quibus succus nutritius circumferatur, et fibras aliasque permultas inesse partes, quæ analogiam cum animalium corporibus præbeant: quotannis etiam proprio fructu sese multiplicare visæ sunt, quæ omnia illis cum animalibus communia sunt. His innumerisque aliis de caassis facile concludere potuerunt, vitam vegetabilem fere æque perfectam esse, quam animalem; et quamvis plantis sensus desit, non ideo dici posse eas vita carere. Quis apoplectico vitam inesse neget, quamvis omnes sensus perdiderit?

#### §. iv.

Huc usque progressi perbene intellexere organa generationis antea quærenda esse, quam plantarum in mares et foeminas distinctiones fecerunt. Et, cum fructum haberent, necessario inde sequebatur, quum natura simplicissima sit, semperque sibimet constans, etiam organa maris adesse debere, quæ hunc fructum vivificant. E regno enim animali scimus, ad omnem fetum mares requiri, qui genituram emittant, qua ova imprægnentur, priusquam in fetum perfectum exire possint.

## §. v.

Hanc in primis rem eximius Vaillantius sibi explicandam sumsit, cui totam suam Methodum Botanicam superstruere in animo habuit, nisi triste fatum præmatura eum morte nobis eripuisse set, die X Maji MDCCXXII. Non nihil tamen de hac re prius publici juris facere potuit, Sermonem scilicet de structura et differentia florum, usque partium, eos constituentium &c. Lugd. Batav. MDCCXVIII, 4:to, gallice; quem vero nondum vidi.

## §. vi.

Si igitur scire velis, utrum plantæ mares, an foeminæ sint, organa generationis, ut jam dictum est, inspicienda sunt. Probe scimus, post florem fructum provenire, fructumque re vera fetum esse; nullus fit fructus, nisi flos prius fuerit, nullusque in regno animali fetus sine prævio congressu; si igitur absque dubio flos æque necessarium est antecedens fructus, atque organa genitalia maris et foeminæ fetūs, inde omnino sequitur, in flore necessario reperiri debere ipsa organa generationis, quæ in illo vicem maris et foeminæ suppleant.

## §. vii.

Cum igitur perspicuum sit, in flore plantæ genitalia inesse, omnibus plantis inter se comparatis, patebit, probatam esse veritatem, omnes, quæ pistillum cum rudimento fructus habent, foeminas, contra, quæ stamina cum apicibus, mares, quæ vero utraque habent, hermaphroditos esse, quod posthac demonstrabo.







